



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

5. Demonstrationum priorum effugium explicatione libertatis diuinæ
contra nonnullos Thomistas Recentes plæclusum.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

CERTAMEN V.

Demonstrationum priorum effugium explicatione libertatis diuinæ contra nonnullos Thomistas Recentes præclusum.

1. Porro prioribus demonstrationibus respondere aliquis possit ex dictamine intellectus de harum rerum (sub hac determinata mensura, ac non alia) consequentia ad finem intentum res has determinat, nec plures, neque alio tempore, aut spatio à Deo producendas determinari. Verum in totidem rebus solo numero diuersis eadem consequentia ad finem intentum, nempe gloriam Dei, eiusque ostensionem, ut hi volunt, & in pluribus modis longè maior, maiorque, si, ut potest, rebus specie perfectioribus eos compositos crearet. Ego dictamen illud erroneum est: quare à Deo relegandum, fatendumque æquum imò maiorem in aliis rebus consequentiam ad eum finem proponi: pro sola autem libera electione voluntatis, & arbitrii diuini hæc quæ proditi, præ aliis, quæ etiam pro iudicio reproducere licent, decreuisse, & prorsus liberè creasse.

2. Sed solutio inuitur doctrinæ Bannez 1. p. quæst. 19. articul. 10. dub. 2. post solutionem argumentorum documento 3. & paragraph. *Primum est* & paragraph. *iam quæ* viam tuendam libertati posita sua physica antecedenti prædeterminatione præmunentis, ut constat ex collatione eius cum doctrina, quam de libertate creata scriptis art. 8. concl. 2. fine, quæst. 23. art. 3. paragr. *de hac difficultate*, & paragraph. *sequenti*, atque alibi, cuius etiam arte, & consilio eodem eius quoad physicam prædeterminationem affectus de libertate agentes diuina vti sunt. Cabezudo quæst. 2. de auxil. fine, & 3. par. quæst. 62. fine pag. 175. collata cum pag. 154. col. 1. Aluarez 3. de auxil. disput. 22. num. 36. fine pag. 106. iuncta eius doctrina disput. 92. numer. 111. *Secunda* quæst. vide auxil. art. 10. dis. 1. pagin. 110. dis. 2. pag. 112. Asserunt itaque eam solum libertatem Deo erga creata opera conuenire, quia de eis, & si cognitis non necessariò connexis cum fine; sed de se indifferentibus, iudicat tamen ordinabilia ad illum esse: imò & esse ordinanda dictamine practico, quo nimirum, tanquam imperio, diuina volitio determinatur necessariò ad decernenda, & creanda, quæ creat: scilicet, ne transgredere necessitatem antecedentem decreti diuini efficacis erga creati arbitrii operationes eius libertati aduersas consequeretur: cum eandem cum libertatis dictamine primariò, videamus apud ipsos amice fœderari.

3. Sed hanc Thomistarum doctrinam impugnant primo omnia scripturæ, & Patrum testimonia, quæ indifferentem diuinæ voluntatis ad hæc præ aliis creatis decernendis, edendisque causantur, ut hæc nec plura, nec pauciora, neque alia, neque alio loci, & temporis spatio decreuerit, ac produxerit, produceretque, alia si vellent, quæ lectione sola, nullaque alia ponderatione egent. Hæc autem doctrina atque ipsi innitens solutio: non in Dei voluntate, sed in iudicij illius dictamine indifferentem potestatem contra ea omnia apertissima testimonia formaliter constituit. Patet, quia soli iudicio de indifferentia creatorum ad finem à Deo intentum tribuitur determinatio ad creatura præ aliis decernenda à voluntate diuinâ: quare tota ratio decernendi, & exequendi hæc præ aliis determinat illud dictamen determinatum seu imperium est: ac proinde Patrum ratio, quia voluit, acquirit dari; sed potius ita voluit, & fecit, quia iudicio, & dictamine illo imperauit.

4. Hic cōd scholasticis reliqui in scripturam, & Patres obsecrantes, ac religiosiores, absolute negant, Deum se uoluisse velle, ad extraneū agere. Magister in 1. d. 43. Christoph. de Ortega, de Deo Vno. Tomus II.

per totam, & cap. vltim. ante med. concludit: *faciemur itaque Deum plura posse facere, quia non vult: & posse dimittere, quia facit &c.* Quod deinceps ex scripturâ confirmat consequens sibi d. 44. plura scribit in eandem sententiam. Supponit d. 45. paragr. *Hæc itaque* & paragraph. *voluntas*; & expressius in 2. d. 25. paragraph. *sed aliter*: ubi ait: *Dei liberum arbitrium dicitur eius sapientissima, & omnipotens voluntas, quia non necessitate, sed libera voluntate omnia facit prout vult*: in quod placitum cum eius interpretes tū Theologi reliqui conspirant, Alex. 1. p. quæst. 22. memb. 2. & 3. Albert. qu. 77. memb. 2. & 3. quæst. 79. memb. 2. d. 1. part. 2. & 3. S. Thom. quæst. 19. art. 3. fine corporis, & ad argument. art. 10. quæst. 46. art. 1. corp. & art. 2. corp. conit. Gent. cap. 23. & 26. Dei voluntatem esse ad vtrumlibet defendit. S. Bonaventur. in 1. d. 44. tota, maxime art. 2. d. 45. art. 1. quæst. 2. Henricus ibi quæst. 3. & 4. quodlib. 5. quæst. 4. quodlib. 8. quæst. 4. r. & 9. egregie Scotus in 1. d. 8. quæst. 4. paragraph. *Ad argumenta pro opinione*, versu & cum dices d. 39. paragraph. *iuxta prædicta* d. 44. quæst. vnic. d. 45. quæst. vnic. corpo. Durand. in 1. d. 43. quæst. 4. num. præsertim 5. Deum alia à se non necessitate; sed ex indifferenti potestate voluntatis velle, & nolle & consequentia d. 45. quæstion. 1. Argent. d. 44. q. 1. quatuor art. d. 45. q. 1. n. 7. art. 2. ante conclus. 2. Carthusian. in 1. d. 8. quæst. 4. post med. 8. *Ad vltimum dico* d. 43. quæstion. 3. d. 44. quæst. 1. & 2. d. 45. quæstion. 4. Vdaticum referens ex 1. summ. Marfil. d. 42. 43. & 44. quæstion. vnic. Richard. d. 45. art. 2. quæstion. 3. corp. & ad argumenta. Agid. apud Maior. d. 44. quæst. 1. & 3. ipsum secutum Aureol. d. 44. art. 5. prop. 2. Heruæ, quodlib. 2. quæstion. 4. & de arernit. mundi quæst. 4. Serra 1. cont. Gent. cap. 82. lib. 2. cap. 16. Capreol. citatis d. 43. quæst. 1. art. 2. multis Conclus. d. 45. quæst. 1. art. 2. Caiet. & interpretes alij ad quæstion. 19. art. 3. & 10. ad quæst. 25. art. 5. Nostri omnes Suarez d. 30. Metaph. sect. 16. & relect. citat. Molina ad q. 19. art. 3. & 4. d. 1. & 2. Valent. sua qu. 19. punct. 4. assert. 2. Valquez d. 79. & 80. Ruiz de volunt. d. 7. sect. 3.

5. Horum Catalogum prolixum transcribere ex nostro Ruiz sect. 4. non reculaui, ut videat lector quot, quantisque doctoribus, nec solum scripturæ, & Patrum testimoniis aduerteretur, ut diffitemur æque arduam, ipsi fatentibus, opinionem de suis efficacibus decretis, & antecedentibus prædeterminationibus humanarum actionum tuerentur. Sed eos iam à ratione adoriamur; illa tamen missa, quam ex euerfione libertatis arbitrii ex quavis necessitate antecedente ad ipsius exercitium suffraginè pro libertatis nostræ iure contra eandem tuendo persequeremur superius, ne eadem repetamus. Primò arguo: quia in hac doctrina intentio finis præsupponitur cum ad iudicium de indifferentibus obiectis de se ad finis consecutionem, & ad dictamen illud practicum, seu imperium intellectus, ut ex propositis cunctis ordinabilibus ad illum hæc præ aliis de facto ordinanda necessariò sint, & infallibiliter per voluntatem diuinam & ordinentur ac producantur. De illa igitur intentione præsupposita (quem actum intellectus esse negabis, & voluntatis esse fateberis) rogo an ea intentio ad iudicium indifferens de ordinabilibus cunctis ad finem intentum, & dictamen subsecutum de his præ aliis de facto ordinandis sit ex similibus iudiciis indifferenti, & dictamine practico habita necne? si ex eis habita sit in infinitum abibitur; nam alia intentio præcedet finis, de qua quæstio rursus erit. Sin vero absque eis iudiciis concepta illa intentio sit libera intentio, & actus voluntatis diuinæ est: quare voluntatis diuinæ libertas, non quidem iudicio, seu dictamine illo constituetur, exercebiturque, sed sola indifferenti voluntatis diuinæ potestate ad vtrumvis: indeque eius exercitio concepti à Deo actus, seu intentionis illius: quare, & reliqui voluntatis diuinæ actus ab indifferenti eius intellectus potestate absque cuiusmodi dictamine, & imperio intellectus potuerunt haberi.

6. Dices: intentionem illam præsuppositam esse finis necessariò amati à Deo, nempe Dei ipsius, qui omnium actuum voluntatis, & operationis ad extra finis

nis est: quare nec iudicio indifferenti, nec dictamine practico opus ad illam intentionem esse, ut determinetur, cum satis ab obiecto ipso determinetur. Contra tamen est: quia (ut mittam Deum neque finem cui esse sibi erga creaturas amoris, neque id ex scriptura bene penetrata probari, esse à sapientioribus scholasticis intentum, ut ostendimus d. proxima, ne sono vocum aduersarii se protegant) finis qui à Deo sibi ea intentione voluit esse suae perfectionis, & maiestatis creaturis ostensio, carumque ob illas, ita ipsis manifestatas, Deo exhibenda laus; cuius efficax saltem, amor, & intentio libera prorsus Deo est, qua, sicut antea aeternitate abstinent, potuit absolute in aeternum abstinere, vel ergo, ut hoc libere intenderet sibi, determinatio dictamine, seu imperio intellectus Deus opus habuit, vel secus. Si primum: incidit in infinitum processum in quem te discursus noster cogebat: si secundum: admittit voluntatem diuinam ex indifferenter proposita gloria, & honore suo à creaturis exhibendo intrinseca sua ad vtrumvis potestate absque vilo dictamine, & imperio intellectus ipsi formaliter extrinseco, determinari, ac subinde non in hoc, sed in mera intrinseca voluntatis diuinæ, & indifferenti obiecti eius propositione, tanquam conditione: ut illud prosequi possit, vel omittere, diuinam libertatem constitui, ut cum scriptura, & Patribus contendimus: & miraculi sane instar est, dictaminis illius, seu imperij intellectus antecedentem naturam omnem libertatis vsum necessitatem ad libertatis diuinæ constitutionem ab hisce doctoribus aduocari: cum aduentitia quævis, extrinsecus etiam, necessitas adequatè etiam formaliter constituta libertati, & potestati indifferenti ad vtrumvis voluntatis contradicat, ut citato loco fusiùs ostendimus.

7. Arguo secundo: vel posito iudicio indifferenter proponente creare, quæ ad gloriam sibi extrinsecam creauit, quia ordinabilia, & apta esse ad eum finem consequendum, licet non vnicè, & connexè cum eius finis intentione, & affectione, quem aliis quæ omisit posse à se æquè, imò & aliquibus perfectius, obtinere necessitas manet ad dictamen illud practicum, seu imperium intellectus de his, quæ de facto creauit, ordinandis de facto ad eum finem: vel non manet ad illud necessitas; si manet necessitas (præterquam quod pugnat necessitatem manere ad hoc iudicium ex cognitione, & iudicio illo, de æqua imò maiori conuenientia alterius ad eum finem consequendum) ergo habet etiam hoc iudicium *necesse est ordinari ad eum finem ea solum, quæ de facto ordinanda sunt*, siquidem ea veritas indefectibilis, & infallibilis in tua hac doctrina: ergo & habet hoc etiam iudicium: *alia omnia præter creanda de facto non possunt ordinari ad eum finem*. Parec: quia in illa prima continetur hæc: impossibile est alia præter de facto ordinanda ad eum finem ordinari: quod ipsum est alia omnia præter creanda de facto ordinanda ad eum finem non esse, neque ordinabilia; sed potius non ordinabilia ad ipsum à Deo iudicari: quod iudicio illi, quod simul cum dictamine sequenti hi Authores ponunt, contradicit: ac subinde doctrina eorum contradictoria simul inuoluit.

8. Iam verò, si dictamen illud practicum seu imperium de faciendis & ordinandis de facto non oriatur, necessario ex iudicio illo indifferenti de ordinabilitate ad eum finem intentum omnium tam quæ de facto ordinantur, quam ceterorum, quæ iudicio illo ordinabilia, atque ordinari posse proponuntur Deo: ergo liberum Deo, & contingens prorsus est posita intentione efficaci finis, & iudicio illo indifferenti dictamen practicum, & imperium de ordinandis de facto ad eum finem, quæ de facto ordinantur, vel de non ordinandis de facto; imò verò dictamen, & imperium de aliis de facto ordinandis. Vnde ergo determinatur ad hoc dictamen, & imperium de his potius, quæ de facto omisit? non ex conuenientia obiectiua, quæ in pluribus omisis non æqualis modo, sed maior longe est ad finem intentum: neque ex iudicio indifferenti vtriusque conuenientiam, ut est æqualis, & maior in omisis: ergo de-

terminatio libera, qua hoc imperium, & dictamen, de ordinandis de facto, & ordinatis ad finem intentum provenit à potestate indifferenti voluntatis & arbitrij diuini: ut nobis contingit ad assensum iudicio ex solum probabilibus, & quandoque minus probabilibus deducto. Ac proinde toto tuo isto noxio, & falso machinamento tandem concedes, quod illo refugiebas: nempe, potestatem ad vtrumvis intrinsecam formaliter diuinæ voluntati esse vtroque extremo suæ contrarietatis, suæ contradictionis per iudicium indifferens illi applicito. Ni malis intellectui diuino eam potestatem indifferenter tribuere, ut voluntati diuinæ, contra totam Philosophiam, & Theologiam obstatu neges.

9. Et sane hanc voluntatis diuinæ intrinsecam indifferenti potestate ad vtrumvis extremum propositum facile, ac sine iniuria nec per dictamen, & imperium, arbitrio diuino inducta res ipsa diuinæ libertatis intelligitur: quæ eo posito percipi nequit, in quod hac ratione inductus Thomistas magis mireris. Deus est actus purissimus, ac perfectissimus actus: ergo nequit habere aliam perfectionem ab ea, quam de facto habet. Probatur consequentia: quia, si aliam potest habere maneret in potentia, seu potentialitate ad illam quam de facto non habet: ac proinde non esset actus purus in perfectione sua; at, si esset potestas intentionem creandi illum vltra iudicium indifferens, quod de facto, & necessario habet, deficeret perfectio notionis: ergo non esset actus perfectus purus, sine minime potentialitatis ad perfectionem notionis illius. Id instatur argumentum ni dictamine illo practico, seu imperio de creandis, & ordinandis, ac ordinatis de facto ad quod posito etiam iudicio indifferenti, ut ostendi numer. 8. ni duo iudicia contradictoria admittant in Deo, quæ positiua imperfectio est. Instatur secundò: quia, in quocunque potestatem habendi dictamen practicum constituunt, negare nequeunt Deum posse absolute creare alium mundum, & habere potestatem dictamen de illo creando, quod de facto non habet, iuxta hanc suam doctrinam (ni à se hæreticè aberrant) & sum hoc argumentum contra ipsos recurrit. Tertio tangit argumentum difficultatem communem omnibus de decretorum constitutione libertate. Quarto quoad actualitatem perfectionis alij prestat, cum tota perfectio, & bonitas, sicuti, & veritas diuina metaphysice formaliter metaphysice in essentia diuina sit: quæ quouis actus voluntatis diuinæ æquè, iure identitatis cum ipsa, ipsum æquè veniunt, & perfectum adiectiue constituunt, ac si alius conceptus à Deo loco illius fuisset: quare nihil perfectionis actualis minuitur, augetur, aut variatur Deo uterutrinus accessu, nec Deus magis perfectus actus absolute est: cum totam perfectionem suam in essentia ante omnem actum, attributum, & personam litatem habeat, ut ostendimus controuersi. de Trinitate. distinct. 6. question. tertia & controuersi. de Deo vno.

CERTAMEN VI.

*Absoluta diuinæ voluntatis libertas ad
Fide asserenda est.*

1. **Q**uoad rem ipsam probata est cert. 2. & 3. sed quoad nomen absolute libertatis probanda hic restat. Nam etsi Dei voluntas quæcumque fecit, facturæque est libere, absolute & velit, & tempore pro quo valeat producta nonnulli tamen Theologi innominatè à nostro Rota d. 7. sect. 1. n. 3. quia absolute libertatis nomine voluntas significari proprietate ferri. libertatem etiam ad peccandum quæ Deo repugnat, ut q. 2. videbimus, quæ potestatem ad peccandum deficiente videtur in Patrum phrasim absolute libertatem, & arbitrium dici minime posse absolute libertatem, & arbitrium dici minime posse absolute libertatem, & arbitrium dici minime posse absolute libertatem, & arbitrium dici minime posse absolute libertatem. Plura ad eam phrasim ex panibus conferendam, Patrum